



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus XXVII. De Successione ab intestato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

- equi,arma,relicta in subsidium terræ sanctæ,c.
In nostra 10.inf.eod. Item relicta pauperibus
simpliciter, quod cœnatur relictum personis,
non locis, secundum Gloss.in c.2.inf.eod.& Jo-
an.Andr in d.c.In nostra.Et licet textus loquar
de portione paro:ali, idem tamen dicen-
dum de Episcopali, cum paro:centur in jure &
privilegio.Dixi, ab existentibus sanis, ne obstat
d.c.2, quod accipendum de datis ab ægrotis,
ex morbo decidentibus.

39 Porro ut faciliorem habeant exitum ultimæ
voluntatis, solent testatores certos delegare
executores, e.penit.b.t. live laicos, live Cleri-
cos, etiam Religiosos, accedente tamen Superio-
ris auctoritate, quod ipsi velle aut nolle non
habent, e.fin.eod.in 6.imo etiā Praelatos, Clem.
un. eod. Quorum est adimplere testatoris jus-
sum, inter tempus adsignatum, aut eo non ad-
signato, intra annum alias ad Episcopum devolu-
vitur executio, e.3.b.t. Qui & potest cogere ex-
ecutores, ut citius voluntates exsequantur. Co-
var in c.6.nu.4.b.t. Ex pluribus datis, alio mor-
to, absente, aut recusante, alter exsequi son
impeditus, in favorem voluntatis, nisi testator
aliter providerit, d.c.fin.eod.in 6. Post execu-
tio: ratio ab executore reddenda loci Ordina-
rio, quem non excusat prælationis officium, d.
Clem.un.b.t.

T I T U L U S XXVII.

De Successione ab intestato.

S U M M A R I U M.

1. **Bona Clericorum patrimonialia, vel quasi, ab intestato quibus deferantur.**
2. **Adquisita ex fructibus beneficij cui succe-
dant.**
3. **An in dubio presumantur ita adquisita?**
4. **Consuetudo an recte admittitur ab intestato ad
hujusmodi bona proximos defuncti?**
5. **Monachj bona cui adquirantur.**
6. **Mutatio monasterio cedens novo.**
7. **Monacho factio Episcopo cui bona cedant.**
8. **Decedenti in noviciatu Monasterium non
succedit.**
9. **In Monasterio manens quatenus se & sua con-
seatur et dedicasse.**
10. **Statuta prohibentia adquiri bona immobilia
più locis an iusta?**

11. **An & ea,qua arcent Religiosos à jure succe-
dendi.**
12. **Monacho recusante, an Monasterium possit a
dire hereditatem?**
13. **Fructus pendentes cui competant, heredi, an
successori in beneficio.**
14. **Conjunctudo ea in re varia.**
15. **Fructus anni primi ac secundi an statuto re-
tine refervantur domui mortuaria ac fa-
brica?**
16. **Decretum Conc.Trid.hac in re.**

Patrimonialia Ecclesie ab intestato cognatis I
defert, can.1.xii.q.4. pro linea & gradu præro-
gativa, secundum distinctionem traditam in
Novella 118. De hereditib. ab intest. venientib. pro-
batam potius, quam improbatam per Canones,
d. can.1. de qua actum In sit. & D. in materia de
successione ab intestato. Si nulli fuerint cognati,
bona defertur Ecclesiæ, e.1. h. t. eo modo,
quo si bona laicorum decedentium absque
herede defertur.

Quantum ad collecta ex fructibus beneficij,
ea spectant ad ecclesiastam, in qua beneficium 2
obtinuit defunctus, d. can. 1. Si in pluribus Ec-
clesiis defunctus habuerit beneficia (quod
sicut posse dictum sup. de probab.) pro rata
singulae admittuntur, c. Relatum 12. sup. De te-
stam. Ubi quæ advertendum, an defunctus
bona ante clericatum haberit, aut aliunde
quam ex fructibus beneficij: nam attenta eo-
rum qualitate & quantitate, cum his, quæ ab
Ecclesia acquisivit, pro rata inter heredes de-
fundi ad Ecclesiam eorum fieri distributio, d.
can. 1. & c. 5. sup. De testam.

Ubi queri potest, An in dubio præsuman-
tur adquisita ex bonis Ecclesiæ? R. Si aliud de 3
non demonstretur advenisse, præsumi adqui-
sita ab Ecclesia ejusve nomine, arg. 1. Quintus
31. D. De donat, inter vir & ux. & l. o. Cod. eod.
Quæ tamen loca non ita convincunt, quan-
doquidem ibi præsumptio talis sumatur ad
evitandam suspicionem turpis questus ex
parte mulieris, quæ hic celat. Communem
tamen eam esse opinionem, testatur relati à
Covar. ad c.1 nu.9. & seq. sup. De testam. quod
& tener Cujac. ad Nov. De Eccle. tit. 117. Nam
cum non appareat bona ante dignitatem Cle-
rico aliqua fuisse, aut aliunde advenisse, ve-

Kk 3 rosum illius

zolmilius est, ex bonis Ecclesie provenisse, & data aut relictâ porcius: x pietatis & religionis intuitu, quam pericula, si postesset sit apud hæredem, sive apud Ecclesiam. Et ita in dubio; nam præsumptio pro altera parte stans transferet onus in adversatum.

Hæc ita de jure scripta: cui consuetudo plerisque in locis derogavit, ab intestato admittens ad bona etiam ex fructibus beneficiis quæsita, proximos defunctori, exclusâ Ecclesiâ.

An vero ista consuetudo sit proba, dubitari potest, & ita discutendum est, quæ consuetudo testandi de bonis adquisitis per Ecclesiam probata Tit. superiori. Quid facit argumentum ab espresso ad tacitum, in jure validum, cum procedat ex eadem potentia causæ efficientis, ut videtur est apud Everardum, in loco *Ab expresso ad tacitum*. Facit etiam quod per eam evitentur lites atque alia inconvenientia, causata ex eo, quod nolciatur, unde bona superflua sunt adquisita, ex fructibus Ecclesie, an vero aliunde. Erat plerique eam probant, citati à Covari. in e. *Cum in officiis nu. 24. sup. De testam.* quamvis non desint, qui velint istam consuetudinem procedere quidem in foro exteriori, non etiam interiori; eo modo, quo diximus autem, ad Tit. proced. testantes de bonis quæsitis ab Ecclesia posse peccare contra ordinem charitatis, omis- sis pauperibus, aut Ecclesia, ea relinquendo di- vitibus. Vid Molina *De Iust. & Iure Tr. 2. Disp. 147. concl. 8.*

5 Monachus non habet alium hæredem, quam Monasterium; sed non habet hæredem, cum ipso ingressu adquiratur omnia ejus bona Monasterio. c. 2. *Disp. De testam.* Quia enim nihil operabitur consuetudo, cum bona Monachi etiam patrimonialis per ingressum adquirantur Monasterio. Cui similiter cedunt, quæ possent ex successione, aut alias Monacho deferuntur, d. c. 2. * Nisi mutaverit Monasterium; nam post mutationem adquisita cedunt novo Mo- nasterio, cum jus hoc sit personale, adhærens persona Monachi: ut quia sequitur personam, & cum ea transeat. Covari. in e. i. nu. 29. *sup. De testam.* As autem bona delata ad Monasterium prius secum deferat transiens, dicemus infra, ad tit. *De Regularib.* Hæc ita, si Monasterium sit bonaorum capax, & ante non disposuerit in-

gressus de suis bonis, ut licere dictum Tr. 11 periori.

Quid si Monachus sit factus Episcopus? Tunc bona non ad Monasterium, sed ad Ecclesiam spectare, ad quam adiungens, & ius esse censeret, non etiam Monasterii merito illi querat, can. Statutum vniuers. Gl. in can. *De Monachis* xvi. q. 1. Molina. *& I. Tr. 2. Disp. 140. in fine.* Nihil facit, quæ omnia sua Monasterio detulerit, aquas ad spem ad futura; nam hoc verum est, quæ- tur ad Episcopatum. Quid facit, quod dum Tit. sup. nu. 10, liberari cum per hoc angusti Monasterii Idem obtinet & in eo, quæ mitur ad parochiam Ecclesiam subiectam Episcopo: nam isti Ecclesia adquirit Monasterio vero non alias, quam si Ecclesia subiecta.

Illud etiam hic queri posset, An Monasterium succedit ab intestato decedenti in nova? R. Minime nec ad id spectare Novititia, si aliter non sit ab eo dispositum. Non translatio corporis nulla est ante profici- nem, ita & bonorum; sequitur enim acceditum suum principale: ut super his maneat Novitio plena libertas disponendi, sive inter vivi sive ultimo elogio Cui etiam non denegant cultas redeundadi ad saeculum.

Si tamen in Monasterio maneat, non ob dispositione, se & sua ei ceteris dedicatis. *Auth. Ingressi C. De SS. Eccl.* Quod verum est, in quibusdam locis tantum quoad mobilia non etiam quoad immobilia, nonum transla- tio in Ecclesiam prohibetur statutis etiam Provinciarum, ex Constitutione Card. an. 1520.

De quibus A. sunt justa, dubitatur: Dicitur dicendum esse, cum non directe contra Ecclesiam, aut Ecclesiasticas personas, ne lo- per rebus Ecclesiasticis sint concepta, sed pro- fanis tantum, & quidem in bonum publicum; cum tamen ne crebra & perpetua facultate quireadi jurisdictio laicorum iniuriant, cum manum mutantia in alterius generis jurisdictionem, Ecclesiasticam se habeat, transeat & eximantur a rectigilium, & simili- positionum onere, in gravamen laicorum turne, autem ultra modum facultatem

luxurianti, lasciviendive causa præbeatur, cum destructione boni ordinis. Gail. 2. Obsr. 432. n. 8. Wamel. Conf. 432. n. 3. b. t. "Quia ratione & statuta probari possunt, quibus Religiosi à jure succedendi cognatis [quod jure communio eos habere, quatenus Monasterium et bonorum capaz, certum est, sive insicias iura Canonica, can. Abbates xviii. q. 2. sive civilia, l. Deo nobis 56. C. De Episc. & Cler.] secluduntur, Chassan, ad Consuet. Burg. Rubr. 7. §. fin.

12 Ut autem de jure sit Monachis salvum ius succedendi, ex causa cognitionis, eisque deferratur hereditas, non tamen sibi quarunt, sed Monasterio. Wamel. d. Conf. 432. num. 5. Ubi querat aliquis, An Monacho adire defaram hereditatem recusante, possit adire Monasterium? R. Pro negantum parte facere text. in l. 3. Cod. De jure delib. ubi servus, cui Monachus comparari solet, potest non adire, quod adiutor facti, & facienda per personam vocaram, atque ita Dominum impedit, quo minus hereditatem consequatur. Frequentius tamea receptum, hcce illo in casu Monasterio adire, non tantum Monacho adhuc vivente, sed etiam post delatam hereditatem mortuo, aut ad aliud Monasterium translato; propter ius ex delata semel hereditate quaslibet, quod per mortem, aut translationem non tollitur. Ratione plerique dant, quod Monachus velle aut nolle non habeat, secundum c. Si religiosus 27. De elect. in o. Verum ea ratio non admodum urgat, cum & servus velle aut nolle non habeat, & quo tamen invito non acquiritur Domino hereditas, d. l. 3. Unde dicendum, Religiosum potius comparari filio haec in parte, quam servo, vel in genere filio aut servo comparati, prout Monasterio est utilius. Atque ita, ut filio recusante adire delatam sibi hereditatem, patri est concessum adire, l. fin. Cod. De bonis qua liberior & e. ita & Monasterio licet adire, recusante, vel mortuo, translatore Monacho. Covarr. ad t. 1. n. 31. sap. De telam.

13 Hæc ita in fructibus perceptis. Quid in pendentibus statendum? R. Esse, qui omnes successori reservandos putent, neutquam autem heredi competere, in casu, quo ab intestato devolvitur hereditas Clerici ad proximos, ex consuetudine. Dicuntur argumento eorum, que alibi dicta de usufructu, fructuarii scilicet fructus non perceptos ad heredem non transmittente, quia jus tantum habeat personale, quod cum ejus persona extinguitur; sit autem loco fructuarii Clericus, ut dictum super Tit. 25. Pro qua parte facit textus in c. fin. De officio ordinis in 6. & c. Quia sapientia de elect. in 6. Vtiori modo judico eorum opinionem, qui pro rata temporis volunt eos dividi inter heredes defuncti & successorem, arg. l. 8. §. 1. Solutio matris, ducta argumento à matrimonio carnali ad spirituale, de quo Everardus, in suis Legis. Quod procedit, quando est paritas rationis, ut hoc in casu: nam ut ibi sunt onera matrimonii, cuius nomine fructus percipiuntur pro rata, ita & hic serviti um Ecclesiæ præstatum, nam alias alteri deserviens, ab eo non aleretur. Ut nihil faciat argumentum ab usufructu defussum; cum in eo non habeatur ratio onerum, ut hoc in casu argumento matrimonii. Et licet sint majora in matrimonio onera, quam in beneficio, non tamen ideo convincitur, beneficiorum causam non esse onerosam Covarr. 1. Var. Rejol. c. 4. n. 21. Et hoc ita de ratione iuri tenet posset: nihil obstante d. c. fin. & d. c. Quia sapientia, quia accipienda de fructibus aliis qui non debentur defusco.

Verum hac in re consuetudo plurimum potest: quæ alibi dividit fructus pro rata temporis alibi successori adsignat, præcipue Praelecto, iuxta d. c. fin. & d. c. Quia sapientia de elect. Clem. Statutum eod. alibi Ecclesiæ reservat; alibi et iam totum annum sequentem adsignat domui mortuaria, sive hereditibus defuncti, quem vocant annum gratiae. Imò & secundi anni fructus alibi attribuuntur fabricæ, aut alteri ulius Ecclesiæ, ut successor in beneficio toto biennio carere debeat fructibus.

Ubi quæstum, An valeat talis consuetudo, aut statutum? R. Videri, si non manifestam iniuriam & irrationalitatem, saltem dutiæ aliquid contineat; rum quod successor in beneficio, ad quem regulariter pertinere fructus constitutum est, pro servizio Ecclesiæ, siis fraudetur totius anni vel biennii tempore: rum quod absurdum sit, fructus ad eos deferri, qui non sunt beneficii possidores, nec ei deserviunt, quod repugnat intentioni Eccle-

Ecclesiæ. Quibus & aliis non obstantibus, videtur Joanni Andreæ sustinenda consuetudo, in c. *Nemopos est 79. n 3. & seqq.* De R. I. in 6. propterea quod consuetudini sit vis derogandi Canonibus, secundum dicta sup. *De consuet. nu. 8.* si non tendat in detrimentum Ecclesiæ: hac autem non rendit, cum solum præjudicet successori, cui idem jus post mortem reservatum. Adserit ipse super hac re fuisse antiquas Decretales: nec esse omnino improbandam talem consuetudinem pater ex Constitutione Joan. xxii. in *Extravag. Suscepti De elec.* qui cam ad moderationem rededit & restrinxit, ut saltem aliqua pars primi aut secundi anni successori ad lignetur. Verum ea Constitutione in Regionibus præsertim Ultramontanis vel non recepta, vel uero & consuetudine abrogata, & prædicta consuetudo in uero remansit, ut pater ex variis Doctorum responsis, Oldrad. *Conſ. 140.*

Improbavit vero Conc. Trid. *Seſ. 24. c. 14.* **16** *De reform.* consuetudinem & statuta, quibus successor in beneficio gravari solet, tempore admissionis, & institutionis. Et secutus Pius V. insitens Tridentini vestigiis, Constitutione sua edita anno 1576. incip. *Durum nimis,* eadem improbavit, non obstante confirmatione Apostolica, aut tempore immemoriali, aut etiam quod juramento sive confirmata, ipsa juramenta irratis; & tantum permittens, si fructus ultra semestre fabrica, aut alterius pii loci uisibus reperiatur concessi, dimidiam partem fabrica aut alii pro loco attribui, reliquam dimidiam fructuum anni concedi successori.

TITULUS XXVIII.

De Sepulturis.

S U M M A R I U M.

1. *Sepeliri quo in loco quis debeat.*
2. *Sepulturam elegere cuique licet.*
3. *Inducere quem ad eligendum non licet.*
4. *Adulteri sepelienda cum viro.*
5. *Pater liberis impuberibus sepulturam eligit.*
6. *Portio Parochialis qua dicatur.*
7. *Sepultura Ecclesiastica quibus debita, vel non.*
8. *Infidelibus & hereticis deneganda.*

9. *An & excommunicato non vitandet.*
10. *Occulare excommunicato non deneganda.*
11. *Heres ad damna ex delitto defuncti iure.*
12. *& quatenus teneatur.*

VT habetur ratio bonorum defunctorum ex testamento, sive ab intellatione corporis habenda; quod sepeliendum in sacro, propter participationem precium, quibi pro defunctis funduntur, can. *Cumpr. 17. & can. Non astimamus xiii. q. 2.*

Sepeliendus quisque in loco, in quo sepulta percepit, etiam alibi forte memori, & c. 3. h. t. in 6. Alieum parochianum terrena restituit & corpus, si petatur, & quemque nomine percepit.

Licet tamen alibi eligere sepulturam, ut ex d. c. 3. Exceptis Religiosis qui cum auo nolite non habeant, nec electionem, sepeliendi sunt in suis Monasteriis; nisi opib. iis absint, c. 5. eod. in 6. Wamel. *Conſ. nu. 3. b. t.*

Est autem strictè inhibitum, inducere quem ad eligendam penes se sepulturam, alio hoc obstringere pacto, juramento, vocula interposita, iur & impedir, electam sepulturam immutare. Quo casu & corpus restituenda sua parochie intra decem dies, omnino occasione sepultura percepta, c. 1. eod. in 6. Ecclesiæ, & coemeteria eorum, manent sub interdictione, donec restitutio sit facta.

In sepulturis majorum alibi politis non quis sepelitur, & c. h. t. * Mulier cum viro sepelienda. Si plures habuerit, cum posterior quod ejus domicilium & honorem non uel posset hoc videri unioni dandum, cum maritus cum uxore sepeliantur. Abbas, & abbas. h. t. Si tamen verus fuerit maritus, & alio pultrum non elegit, & c. 3. * Pater impuberibus liberis sepulturam eligit, sita feracitate suerudo loci, non alias, & c. 1. h. t. c. 4. eod. in 6. Pubes quiskeam sibi eligit, & c. 1. h. t. d. Liceat eod. in 6. etiam in Monasteriis, quibus privilegii est concessum, & in nobis io. 10. si ei per patrem cum Parochio sit derogatum c. fin. *De patris in 6.* Quod sustinetur, cum iste revertatur ad jus commune, quo non sibi Monachis recipere alienos parochianos, & de patris in 6.